



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CXXXIV. Der Rath der Neustadt Salzwedel versichert den Priester Conrad von Güßfeld des Vergängnisses seiner Gedächtnißfeier, da er seinem Altar Simonis und Judä das Eigenthum über seine Besitzungen ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CXXXIII. Der Rath der Altstadt Salzwedel nimmt die Juden in seinen Schutz und räumt ihnen Wohnungen ein, am 23. April 1349.

Wy Radmanne der olden Stad tu Soltwedel bekennen vnde bethugen in dessen brieue mit rade vnser olden vnde mid volbord vser Gildemeister vnd vser meynen borghere, dat wy willen vfen Joden helpen vnde verdedhingen tu allen ehren noden, sunder wedder vfen heren. Behufenden sy ock vfer by vfen heren, so wille wy ehn helpen vppe ehre kost wes wy moghen. Vppe desse dedinghe sette wy de Joden in vfe erue, dar scole se vs vor geuen to tynse alle jhar tu Wynachten ses Marck Brandenb. süluers vnde tu Sünthe Johannis daghe middenfommer ses Marck Brandenb. süluers. Dessen tins scole wy nicht verhoghen, ock scole de Joden en vs nicht mindern. Hir mede scole sie fry wesen vor Schoth, vor Wake, vor . . . , vor Kosterlon vnde vor allerlei plicht der vs vfe borghere plichtig syn. Ock scole wy dissen tyns nicht vercopen edder versetten. Were ock dat de hus tobreke edder touele, dat scole wy wedder berichten laten med vfen pennigen. Were ock, dat en Kersten minsche enen Joden beschuldighen wolde, dat schal he don vor der Joden scole, dar wille wy vnde de Vogedh de Jode helpen, dat ehn rechte schy. Were ock, dat en Kersten Mann enen Joden dod schlüghe oder wundende, so scole de Joden den hand dedeghen beholden wente an vs, so wille wy den Joden helpen dat ehn rechte schy. Were ock dat jemand wolde . . . in dem Joden dorpe, so wille wy auer den Joden helpen, dat ehn rechte schy. Were ock dat en Jode in vfer Stadt Erue buten dem Joden dorpe wonen wolde, da scole wy to helpen mit den Joden, dat des nich schy. Vppe dat, dat desse vorgefereuen dingh stede vnde ganz holden werden, hebbe wy dessen brief, besegelt mit vnser Stadt Inghesegel, gegeuen nah Godes bord drüttein hundert Jahr in dem neghen vnd viertigsten Jahr, in Sünthe Jürgens daghe des heiligen Merterers.

Gercken's Dipl. I, 324—326.

CXXXIV. Der Rath der Neustadt Salzwedel versichert den Priester Conrad von Gießfeld des Begängnißes seiner Gedächtnißfeier, da er seinem Altar Simonis und Judä das Eigenthum über seine Besitzungen verschafft hat, am 26. Februar 1350.

In nomine domini Amen. Quoniam omnium habere memoriam potius diuinitati congruit, quam humanitati, Oportunum est, vt facta laudabilia hominum scripturis publicis aut ydoneis testibus perhennentur. Hinc est quod nos heneke ghermanni, Mako marqwardi, Albertus kerkun, meyno de brome, heyne de medebeke, Otto de dambeke, heyne spening, Coppe de karstede, Arnoldus de besa et henningus de wopelde, Consules noue ciuitatis Soltwedele, Recognoscimus omnibus cristifidelibus presencia visuris seu auditoris publice protestando, scilicet Quod discretus vir dominus Conradus de guffenelde, perpetuus vicarius Altaris apostolorum Simonis et Jude et Capellanus noster, pie deuocionis affectu pro salute animarum suorum progenitorum, scilicet patris et matris et sue proprie, et suj dotatoris domini weneri de chuden, bonie memorie, Redditus dicti altaris in vna marca argenti et cum hoc proprietatem omnium bonorum pertinencium ad

dictum altare ordinavit et procuravit a principibus terre pro XXVI marcis argenti Stendaliensis et valoris. Nos vero attendentes fidelitatem et deuotionem dicti domini Conradi aliquantulum volentes recompenfare, obligamus nos pro nobis et pro nostris successoribus, quod suus successor quater in anno scilicet Sabbato ante Epiphaniam domini, Sabbato proximo ante festum apostolorum philippi et Jacobi et Sabbato proximo ante festum Symonis et Jude, hac condicione apposita, Quod si in aliquo sabbatorum predictorum aliquod festum solemne occurrerit, extunc in proxima feriata die memoriam dicti domini Conradi ac sui patris et matris et domini weneri predicti memoriam perpetuis temporibus peragat, Ita videlicet, quod suus successor met secundus sacerdos et presbiter vigilijs intersint cum duobus scholaribus, quibus erogabitur sacerdoti solidus et scolaribus solidus pro visitatione sepulcri et pro pulsatione et pro ceteris, que ad memorias tales consueverint fieri et ordinari. In cuius rei testimonium Sigillum nostre Ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>., feria sexta post Reminiscere.

Nach alter Copie im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 32, No. 5.

CXXXV. Das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel empfängt eine Schenkung des Priesters Hermann Kron zum ewigen Begängniß seines Gedächtnisses und zur Vertheilung einer Spende den Armen alle Schaltjahr, am 27. März 1350.

Nos henricus, dei gratia prepositus, Johannes, prior, Totusque Conuentus Canonicorum regularium Monasterii Sancti Spiritus prope Soltwedele, Recognoscimus lucide per hoc scriptum, Quod discretus vir Dominus hermannus kron, sacerdos, nobis quinque marcas argenti Stendaliensis et vnum fertonem liberaliter presentavit, quas pro voluntate et ex parte ipsius in quodam redditus conuertimus, qui distribuendi seu erogandi sunt in cultum diuinum pro remedio et salute animarum sui et suorum progenitorum ac omnium defunctorum fidelium perpetuis temporibus vt patebit. Comparauimus enim nomine ipsius domini hermanni a henningho et boffone, fratribus, dictis Cruceman, Strenuis famulis, viginti quatuor solidos denariorum soltwedelenfis monete in parua wibelisse, quos ad honorem dei vt premittitur idem dominus hermannus distribui taliter ordinavit. Cum nos singulis annis prefatorum reddituum suo tempore denarios receperimus, de ipsis decem solidos et sex nummos anno quolibet in deposito referuimus, vsque in annum, qui dicitur bisextilis, quod depositum ipso anno, id est quarto anno, summam duorum talentorum ac solidorum totidem representat. Que duo talenta discretis viris Consulibus, qui pro tempore fuerint antike Ciuitatis saltwedele, presentabimus in bisexto ad stipam, feria secunda proxima post festum beati Mathie apostoli, pro animabus omnium fidelium defunctorum pauperibus eroganda, in subsidium reddituum ad hoc comparatorum, prout in priuilegio super hoc edito lucide continetur. Duos vero solidos reliquos fratribus minoribus erogemus in memoriam omnium fidelium animarum, die et tempore anni ut predicatur bisextilis. Preterea idem dominus hermannus nobis et Ecclesie nostre prefate assignavit, donavit et pure propter deum contulit duos solidos brandeburgenses pro tribus solidis saltwedelenfis et vnum pullum in villa luestede cum XIII solidis residuis et sex denarijs de redditibus in wibelisse memoratis, quos annis singulis possidendo in perpetuum recipiemus in caritatiuam consolacionem, vt ipsius sepedicti domini hermanni ac